


## Gospel for St. Scholastica


Tonus ad líbitum

**D**ominus vobíscum. R̅. Et cum spí-ritu tu-o. V̅. Sequénti-a Sancti  
 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̅. Glóri-a tibi Dómine.

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípu-lis su-is parábolam hanc: Sími-le  
 erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ accipi-éntes lámpades su-as,  
 exi-érunt óbvi-am sponso et sponsæ. Quinque autem ex e-is erant fátu-  
 æ, et quinque prudéntes: sed quinque fátu-æ, accéptis lampádibus, non  
 sumpsérunt óle-um secum: prudéntes vero accepérunt óle-um in vasis  
 su-is cum lampá-dibus. Moram autem faci-énte sponso, dormi-tavérunt  
 omnes, et dormi-é-runt. Médi-a autem nocte clamor factus est: Ecce,




sponsus venit, exí-te óbvi-am e-i. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ,




et ornavérunt lámpades su-as. Fátu-æ autem sapi-éntibus dixerunt: Date




nobis de óle-o vestro: qui-a lámpades nostræ exstinguúntur. Respondérunt




prudéntes, dicéntes: Ne forte non suffí-ci-at nobis, et vobis, i-te póti-us




ad vendéntes, et émi-te vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus:




et quæ paráte erant, intravérunt cum e-o ad núpti-as, et clausa est



jánu-a. Novíssime vero véni-unt et ré-liquæ vírgines, dicéntes: Dómine,



Dómine, áperi nobis. At ille respóndens, a-it: Amen dico vobis, nésci-o



vos. Vigi-láte í-taque, qui-a nescí-tis di-em, neque horam.